

Littera ad Nuncium Apostolicum Extraordinarium a
Marschaleo Regni Polonia scripta.

Inter praecipuas Apostolici muneris partes Excellentiae Vrae, hoc verum No-
strarum Statu incumbentes, primum locum tenere censeo, ut laborantem,
ac prope solutam internis Simultatibus Regni huius Compagem tranquil-
latis animorum exasperatorum motibus, ad mutuam reducat Concordiam,
et in pristinum domesticae Securitatis Statum reponat, quam in rem non
nihil iam Studij impendisse Excell. Vram optime constat. Quam egregie pro-
vo sui conatus ab uno et altero Collegio Episcopali adiuventur, manifestum
est. Cum Excella Vra a Mediationis gloria suis excluderint artibus, et ante
dies aliquot, Septima praesen' Dnus Episcopus Selmensis tam impudentibus
buccis, in meam detoruerit famam, ut aures presentium iuxta ac absen-
tium amicorum, Satyrico morsu, perstrinxerit. Commiserat jam ante, ut cul-
pam occupata, per Turcas Sameneciae, in me conijcerit, idq sua fide adstruere
volebat, quod uno dimidiogq ante Turcarum invasionem Anno, Petram cui
insita est Samenecia, texebro explorare prius iusserim, an Tormentario pul-
vere frangi posset, an Cuneis, alijsq hostium Insidijs esset penetrabilis. Ad
conuicty, informatione manu mea exarata diluere cupiens, false, ac malitiose
(prout etiam nunc assero) ab eodem (riminatore ibiectum esse mihi, subiunxi.
Is vero audita sui mentione, notam Orbi malitiam meam, notam e contra
Virtutem suam, impudens, imprudensq exclamauit; cum tamen recentissima
teneamus memoria, ob anteaacta Vitae infamiam, prohibitum fuisse, ab Ex-
cellno, ac Rndmo Dno Episcopo Racouien', ne minoribus etiam Ordinibus
intraeretur in sua Diocesi, quorum suscipiendorum causa, aliam petere
coactus fuit Diocesim. Ex superioris enim Vitae suae flagitijs Pruden-
tissimus Praesul, futura rationem non fallente, Iudicio meliebatur. Enim
vero nemo est, qui nesciat Latrocinia ipsum, ante aliquot supra Decem
Annos, in Majoris Poloniae Auis, exercuisse. Nobilium Aulas expilasse,
tantaq perpetrasse facinora, ut in Regni Tribunali, penas non nisi Per-
iury adminiculo eluserit. Scelera Sceleribus obtegens, et adnectens.